



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 31. Ladislaus ab Innocentio in possessione regni Neapolis confirmatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. A.C. 1404. *Urbis, quique ad præsens in dicti Pontificis præsentia eligi debeant, & in ejus manibus præstare juramentum, deinceps vero in præsentia Senatoris: officium eorum duret spatio duorum mensium: habeant facultatem duntaxat exigendi, & expendendi Reipublicæ Romanæ proventus, de aliis quibuscunque causis omni jurisdictione ipsi interdicta. Denique nec populus Romanus, nec Officiales quemcunque cum aliquo numero armatorum, aut aliquos nuncios Antipapæ, vel ei adhærentium in urbem recipere, admittere, vel audire possint. Pax quidem hisce conditionibus firmata reddiit, sed haud diu admodum perduravit; nam Ladislaus Romanam urbem in suam potestatem redigere intentus, unice eo sua convertit studia, ut dissensionis flammæ, quas extinguere sese simulabat, eo vehementius accenderet.*

§. XXXI.

Ladislaus ab Innocentio in possessione Regni Neapolis confirmatus.

Decret. Innoc. pro Ladisl. apud Raynald.

Neo-electus Pontifex non minus Regis hujus potentiam veritus, quam in ejus amicitia plurimum præsidii collocans, in illius favorem authenticum confecit instrumentum, vi cujus sane de pace Ecclesiæ reddenda conclamatum esse crede-

credebatur; * Nam Ladislaum suspicione, qua ipsum Ludovico Andegavensi patrocinatorum metuebat, liberaturus undecima Novembris die Decretum, sive Bullam edidit, declaravitque, nec se, nec suos Cardinales de restituenda Ecclesiæ unione ulterius acturos, nisi prius de utriusque partis consensu Ladislaus Rex in plena, ac pacifica Regni Neapolis possessione decerneretur, prohibitis omnibus adversus eum quovis pacto attentandis. Sane hæc provisio Ladislao admodum necessaria erat, timebat enim, ne Galli, constituta semel Ecclesiarum concordia, iterum in Italiam penetrarent, ut Ludovicum Andegavensem in pristinam Regni Neapolitani possessionem inducerent. Cum autem Pontifex hac sua Apostolica functione Ludovici jura palam infringeret, facile prævideri poterat, nec Gallos, nec Gallia Cardinales unquam talibus concordia legibus consenturos. Ex quibus haud temere asseveramus, Innocentium Papam existimasse, a se Cardinalem Bonnoniensem a juramento in Conclavi præstito, dummodo fideles exempli pravitate non offenderentur, absolvi posse.

Sæcul. XV.
A.C. 1404.

§. XXXII.